



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

VI. Ratiocinatio. Ab Exemplo Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DE CONIUG.

Deinde & Minor falsa est. Nam Christus de toto genere humano reperit hanc legem, ut homo adhaereat uxori sua, & sint duo in carnem unam. Sed Sacerdotes pontificy quoq, sunt homines. Tantum verò à Christo ad hoc praecepto eximuntur, qui singulari Dei consilio, dono castitatis Angelica sunt ornati. Hi verò in mundo sunt quàm rarissimi, ut gemma. Deinde Pauli doctrina est praeceptum, ut Episcopi & presbyteri, sint unius uxoris mariti 1. Timoth: 3. Tit. 1. Est igitur manifestum, & sceleratum mendacium, Christum non praecepisse sacerdotibus coniugium honestum.

VI.

RATIOCINATIO.
AB EXEMPLO CHRISTI.

Christus fuit caelebs.

Christus est sacerdos.

Ergo sacerdotes Christi omnes debent esse Caelibes, & abiurare honesta coniugia.

Respondeo. Stultorum plena sunt omnia. Vinam verò non ferent blasphemi. Plus autem est

in Conc
non est
intellig

am om
debent

tes, de

sacerd
etiam
dempt
debent
dos ob
pontifi
di. Chr
ram pa
tes, de
ac don
aut ob
na, au
deben

SACERDOTVM.

in Conclusionē, quam in præmissis. Nam Maior non est vniuersalis. Vt autem futilitas melius intelligatur, Sic resoluatur Argumentatio.

Quidquid Christus sacerdos fuit, id etiam omnes noui Testamenti sacerdotes esse debent.

Christus fuit cælebs.

Ergo omnes noui Testamenti sacerdotes, debent esse cælibes.

Respondedo. Maior est fanatica. Christus sacerdos fuit Deus. Ergo sacerdotes pontificij etiam debent esse Diij. Christus sacerdos fuit redemptor mundi. Ergo & pontificij sacerdotes, debent esse Saluatores mundi. Christus sacerdos obrulit semetipsam in ara crucis. Ergo & pontificij sacerdotes, debent in crucem suspendi. Christus sacerdos sedet ac regnat ad dexteram patris æterni. Ergo & pontificij sacerdotes, debent ad dexteram patris cælestis sedere ac dominari. Christus sacerdos non missificauit aut obrulit vnquam in templo Hierosylimitana, aut alio. Ergo & pontificij sacerdotes, non debent missificare in vlllo templo &c.

Causa autem, cur Christus voluerit esse cælebs,

⁂

cælebs,

DE CONIUG.

Cælebs, est manifesta, quia non venerat, genēratione carnali homines multiplicare, Sed multiplicatos iuxta suam institutionem Gene: 1 saluare à peccato & morte, & spiritualiter verbo ac spiritu, ad vitam æternam regenerare.

Postremò si isthac Argumentatio esset vera, tum Coniugati Episcopi omnes, quos quidem nequaquā; reijcit vetus Ecclesia, essent damnati, nihilq; excusationis meriti essent, licet ante ordinationem in Coniugio extitissent.

VII.

RATIOCINATIO

Ex Apostolico Dicto.

1. Corint : 7. Qui sine vxore est, curat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum vxore est, curat quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori.

Ergo sacerdotes debent legē castitatis adstringi, vt abiurent honestum coniugium per omnem vitam.

Respondeo. Quæ ratio Consequentia? A baculo scilicet ad angulum. Dictum generaliter loquitur de ijs, qui dono castitatis diuinitus

tus don
omnes
matrim
habent
Inquit
hoc est
culosun
exhibe
Item, v
Sed vn
Deo. A

S
Argun

Q
di & c
vxore

Se
rium l
licitud
vt pla

E
vxore

R
ex Ra
nem.